

1734,9
14
PERVETVSTÆ ACADEMIÆ ERFFVRTH.
RECTOR

JAM

FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,

**TOBIAS JACOB
REINHARTH,**

JCTVS, SACR. PALAT. CÆS. COM.
PRÆLAVDATÆ FACVLTATIS ASSESSOR, ET
COD. PROF. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS
ET CONSVL,

AD AVDIENDAM
LECTIONEM CVRSORIAM

ET

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

AD DIEM XVI. AVG. MDCC XXXIV.

LECTOREM BENEVOLVM
HUMANISSIME INVITAT.

ERFORDIÆ,

Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII
Acad. Typogr.

PERPETVATE ACADVMNE ERFURTIA
PROTector
FACULTATIS IURIDICAE
DECANVS
TOBIAS JACOB
RHINHARTI
ICHTYS SACR PALAT. CIV. COM.
PREFLAVDATÆ FACULTATIS ASSessor. ET
CIV. PROS. LATE. OR. CIVITATIS SYNDICÆ
ET CONSIL.
AD AUDIENDAM
EDITIONEM CARJORIANA
ET
DISSESTITUTIONE INVAGARALVM
AD BENEFICIA MDCCLXII
EDICORVM ENIGMATICVM
HUMANISSIME INVITAT
ET
Joh. CHRISTOPHERI HERINGI
Acad. Typis.

Q VI de Advocatorum munere exposuerant olim &
adhuc hodie proferunt judicia; in tanta partium
studia communiter prolapsos esse deprehendimus,
ut alii ad risum usque stylo sere luxuriante iis adu-
lentur, eorumque laudes & elogia ultra cœlum extollant,
alii econtra hoc hominum genus, omnibus, quæ mens con-
cipere potest, virulentis convitiis perstringant, atque eo-
rum ordinem tanquam malorum sentinam in universum
e medio tollendum & ultra Caramantes relegandum esse
existimant. Utrique parti, ut autoritate publica senten-
tiā suam sufficiat ostendat, tam ad ipsa summorum Impera-
torum effata ac Edicta, quam ad gravium virorum consen-
sum atque testimonia provocare solemne est. Quem enim,
illi inquirunt, qui Advocatorum dignitatem & Prærogati-
vam eo, quo dixi modo, enorimenter extollunt, encomia latent,
quæ Imperatores LEO & ANTHEMIUS (a) Advocatis tribue-
runt? ubi Seculo V. Alexandro, terrarum Aegyptiacarum Praef-
etō augustali & Duci sequentem in modum recriperunt: Advo-
cati, qui dirimunt ambigua fata causarum, sue quoq[ue] defensionis viri-
bus in rebus sape publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata repa-
rant, non minus prouident humano generi, quam si prebit & vul-
neribus patrum parentesque salvarent. Nec enim solos nostro im-
perio militare credimus illos, qui gladiis clypeis & thoracibus ni-
tuntur, sed etiam Advocatos. Militant namque causarum patro-
ni, qui gloriose vocis consit munimine, laborantium spem vitare
& posteros defendunt. Neque silentio prætereunt, Dialogum
illum de Oratoribus, qui (b) TACITO vulgo adscribitur, quo
advocatio, tanquam ejusmodi studium commendata le-

(a) L. 14. C. de Advoc. diversior. judiciorum.

(b) teste ZIEGLERO in Rabulistica Cap. 1. §. 3.

gitur, quō non aliud in Civitate vel ad utilitatem fructuosius, vel
ad dignitatem amplius, vel ad Urbis famam pulchrius, vel ad totius
Imperii atque omnium Gentium notitiam illustrius excogitari po-
test. Dein ad autoritatem Cardinalis & Archiepiscopi HO-
STIENSIS, nec non CARPZOVI provocant, quorum ille (e)
Advocatos ipsi Religiosis & Clericorum ordini anteponere,
hic vero (d) generis Nobilitatem iisdem tribuere haud dubi-
tavit; ut cetera nunc fastigia taceam, ad quā evehendos
causarum Patronos, & nescio, quibus privilegiis & honorum
gradibus eosdem condecorandos esse, existimant. Contra
vero, qui aliter sentiunt, famosam illam Imperatoris FRI-
DERICI III. Constitutionem (c) obtendunt, quam GOL-
DASTVS (f) & MULLERVS (g) recensent, quā Advocatos
prositus ex toto Imperio Romano-Germanico eliminandos
esse Seculo XV, sanctum fuit, nec non tam CATONIS (h) &
COLVSELLÆ (i) quam PETRI BLESSENSIS testimonia & esfa-
ta mirum in modum objiciunt, quorum *primus* forum mu-
ricibus sternendum, *secundus* verō, sine Causidicis olim satis
felices fuisse futurasque esse respublicas, dixit, *tertius* denique
Advocatorum virtutes, ita per Compendium depictas dedit,
ut *nihil eo hominum genere vivat seculatus*; *Proprium illis esse*
jura confundere, lites suscitare, transactiones rescindere, dilatio-
nes innecētere, supprimere veritatem, soverē mendacia, quantum fe-
qui, aquitatem vendere, inibi actionibus, versutias concinnare.
Egregiæ profecto, si Diis placet, Causidicorum virtutes! Sed
quid in tanta laudum & vituperiorum diversitate nos dice-
mus? Mediā incendendum esse viā, atque pios, doctos, atque
conscientiosos Advocatos ab improbis & imperitis rabulis,
quos vultures togatos apposite appellat MONZAMBANO, me-
rito

(c) in summa aurea poem. n. 8.

(d) L. III. Respons. 1. n. 11, cui in, recte & solide contradixit Dn. LETSERVS
Med. ad ff. Spec. XLIX.

(e) que extas in Reformat. Imper. de Anno 1441. Art. 5. ejudemque Declara-
z. &c.

(f) in denen Reichs-Satzungen p. 165.

(g) im Reichs-Theatro p. 18. vid. in. CARPZOVI. supra cit. Resp.

(h) apud PLINIVM, Natur. histor. L. 19. C. 10.

(i) in Prefation,

rito separandos esse, iis ad intelligendum non erit difficile,
qui finem, in quem primum cœpit Advocacionis officium,
intuebitur, qui in eo consistit, ut s̄ites eo curatius dirimantur,
nexus amicitiae inter cives conservetur, illisque, qui suum ex-
tra judicium consequi, causam tamen tueri ipsi non possunt,
succurratur. Illis itaque, qui in orandis causis hanc metam
inflectunt, atque, ut ait TERTULLIANVS (k) id saltem agunt,
ut rostra præoccupent, prætoria obſervent, subsellia contun-
dant, jura conturbent, causasque elatrent, prædicta scomma-
ta ſunt applicanda, qui nec Advocatorum nomine digni, nec
in Republica ferendi; Ad illos vero, qui in foris ſcientia juris
ſolida inſtructi, bona fide omnia ad ſupra laudatum finem di-
rigunt, nec ſuis propriis & aliorum conſcientiis vim infe-
runt, eadem promiscue vituperia transferre, nec jus per-
mittit, nec æquitas, quin potius eorum conatus tanquam
Reipublicæ profici laudibus congruis & meritis cum ANA-
STASIO Imperatore (l) omnino maſtandi, qui non minuſ
graphicè quam verè ipſe fatetur: laudabile vitaque hominum
neceſſarium eſſe Advocacionis officium, maximeque princi-
palibus premiis remunerari dignum; quod argumentum plu-
ribus ex iſtituto occaſione dictæ L. 4. pr. Cod. de Advocat. di-
verſor. judicūm ē Cathedra publicē proſequetur

NOBILIS ATQVE CLARISSIMVS
DN. JOANNES ABRAHAMVS
Grenzel/

J. U. Candidatus dignissimus,

Qui per nascendi ſortem, quæ contigit die 27. Februarii An.
no M DCC I. naſtus eſt patriam, pagum Schönbau, jurisdictioni
Monasterii Virginum, cui præfet Abbatissa, & quod
Morgenſtern, ſive potius Marienſtern appellatur, ſubjectum, in
Marchionatu Lufatia Superioris. Parentes habuit, & adhuc
habet honestos, & quidem patrem, M. ABRAHAMVM *Gren-*
zel/

(k) 3

(k) de Pallio circa fin.

(l) L. 4. pr. Cod. de Advocat. diuersor. judicūm.

sel/ verbi divini Ministrum de ecclesia & grege, Augustanam
Confessionem profidente, in modo dicto vico Schönau me-
ritissimum, qui adhuc in vivis est, & per L. annos gregem
sibi traditam verbo Dei fideliter paseuit & adhuc nutrit, nec
non in foro eruditorum, scriptis, de lingua Sorabica, & Teu-
tonica, atque de historia, & antiquitate Lusatiae Superioris,
longis ab hinc annis inclaruit, ita quidem, ut quedam jam-
jam luci publicæ dederit, multa tamen adhuc MSta nondum
edita profent, quæ à Cultoribus antiquitatum dudum expe-
ctata fuerint. Avum novit MICHAELM Frenzel/ Pastorem
gregis de ecclesia Postwicensi, prope Budissinam, in Lusatia
Superiori, supra L. annos meritissimum. Mater ipsi fuit
SVSANNA, M. JOANNIS THEILII, Rectoris de Gymnasio
Budissinensi meritissimi, & Poeta Laureati Cæsarei celeberrimi,
filia unica, matrona præstans, aet Anno M DCC IX. jam-
jam defuncta, quæ à latere materno avum habuit præclaris-
simum D. JACOBVM Münch/ Consilium Saxonicum-Electora-
lem & Supreme Prefecturæ in Lusatia Superiori Cancellarium,
aviam vero, filiam, CONRADI Gehr/ Secretarii sanctioris Sa-
xonicco-Electoralis rerum provincialium & militarium. Patri, ut
bono, tanta fuit cura, ut ipse filium à tenera aetate usque ad
annum decimum nonum principiis christianismi & bonarum
artium erudiverit. Per quod tamen temporis spatium filius
rebus quoque economicis assuelcere solitus est, ut fere-rei
domestica se ex professo dedisset, nisi consilio mutato. & in-
dole suadente postea iussu ac hortatu patris circa initium
Anni M DCC XX. se contulisset Zittaviam, atque inter ci-
vies Gymnasii receptus sub cura præstantissimorum præce-
ptorum, & quidem Directoris, D. JO. CHRISTOPHORI Wenz-
sela/ Con-Rectoris, M. ADAMI Erdmann MIRI, & Sub-
Rectoris, M. CHRISTIANI Gottlob Pischmanns/ cui po-
stremo plurimum debet, studiis Scholasticis animum suum
per biennium & quod excurrit instruxisset. Tandem ad studia
altiora tendens Wittebergam, celebratissimam illam musarum
sedem, A. M DCC XXII. profectus est, atque inter alma Leu-
coreæ cives se recipi curavit. Dedit ibi NOSTER ante omnia
operam studiis Philosophicis, & secatus est instructionem
Viro-

Virorum inclitorum, HASSIT, HILLIGERI & KETTNERI.
Insuper in Jure capessendo prælectiones privatas excellentissimorum & consultissimorum illius Academiæ Professorum
atque Doctorum, JO. GOTTFRIEDS KRAVSI, CHRISTIANI
HANACII & JO. CHRISTOPHS KOESELISII auscultavit diligenter, nec impense minus sibi gratulatur audivisse simul &
doctores publice docentes habuisse illustres JCtos & consultissimos Professores, WERNHERVM, BASTINELIERYVM,
MENCKENIVM, BERGERVM, KEMMERICHIVM ATQVE SPE-
NERVM. Quorum egregiâ doctrinâ tantos fecit progressus,
ut sub consultissimi D. HANACII moderamine *de jure testandi prodigi*, die 18. April. 1724. publice è Cathedrâ disputando se
exercerit; Nec non Prelide D. KOESELISIO in auditorio
juridico ad BERGERI Post. Jur. Seleçt. Exercitationes XX. publice
contradicentibus responderit, alternisque vicibus respondentibus more sueto contradixerit. Triennio in ista Academia
haud sine singulari fructu conseruo, tandem ad scrutinium
Advocatorum ab inclusa facultate Juridica ibidem admissus,
&, testimonio, quod ad orandas causas dignus sit, obtento,
patriam repetiit, in qua tamen diu haud moratus, sed locum,
quo ea quæ in Academiis didicit, in usum ducere, atque in
succum & sanguinem vertere posset, quæsivit, & forte for-
tuna Anno MDCCXXV. se Dresdam contulit, ubi speci-
mine de Advocacia edito, à perillustri Regimine Electorali
qua Advocatus immatriculatus fuit & confirmatus, causas
que tam in illustrissimis collegiis superioribus, quam in foris
inferioribus per septem annorum spatio feliciter egit & ora-
vit, ita quidem, ut anno priori, Viri nobiliss. JO. CHRISTIA-
NI HOFFMANNI, Procuratoris Fisci Regio-Electoralis & Advo-
cati celeberrimi, cuius filiam unicam & post in uxorem duxit,
consiliis & manuductione persuasi NOSTRO licuerit. Post
hac ab illustrissimo COLLEGIO CAMERÆ Regio Electoralis ad-
ministrationem justitiae in Praefectura Schweinzenhi Electorali
demandatam accepit, ipsique, judicando partes litigantes, &
defendendo jura Praefectura per biennium præfuit. Quo ta-
men officii genere semet dein in meliorem sui fortunam, ut
ipse sentit, & ne vis rerum in semine consistat incerto & in
ob-

obscuro, sed ut salutares patris atque praeceptorum suorum
doctrinas eò melius patriæ & aliis referre posset, iterum abi-
dicavit. Quapropter, ut feliciori successu perficeret opus,
eui, orandi in foris causas, manus iterum admovere conatur,
Electorem nostrum accessit Academiam, atque ut præstis
confuetis speciminibus dignitas eidem & honor Doctoralis
impertiretur, qua potuit, modestia ab Ordine nostro petiti;
Quibus precibus annuentes textus ex utroque Jure enu-
cleandos eidem communicavimus, quos eā, quam desidera-
vimus, soliditate non tantum explicavit, sed quoque in exa-
mine, quod sustinuit, rigoroso, prompta non minus ac do-
cta reponſione, le talem esse nobis satis ostendit, cui optimo
Jure supremi honores Academicci conferri possint; Hunc ita-
que in finem cathedralm publicam eidem sine morā aperien-
dam decrevimus, ex quā de *Advocatorum muneric gravitate &*
*præstantia occasione prælaudatae L. 4. pr. C. de Advocat diver-
ſor. Judicium speciminis publici loco die, deo dante, XVI. Au-
gusti, verba faciet, ac dein Disputationem Inauguralem*

DE ACCESSIONIBVS JVRIS IN MARCHIONATV LVSATIÆ SVPERIORIS

loco horisque consuetis me Præside respondendo tuebitur;
ad quōs actus eo majori solemnitate condecorandos ut *Re-
verendissimus & Per Illustris Universitatis nostræ Dn. PRO-
CANCELLARIUS, reliquique ordinum omnium Proceres
& Cives Academicci in Auditorio Juridico frequentes adesse
non dedignentur, humanissime rogo PP. Erfordia sub Si-
gillo Facultatis Juridicæ d. XV. Augusti MDCCXXXIV.*



L.S.


ULB Halle
005 355 729

3



1996
A

4158



1734, 9
14

PERVETVSTÆ ACADEMIÆ ERFFVRTH.
RECTOR
JAM
FACVLTATIS JVRIDICÆ
DECANVS,
TOBIAS JACOB
REINHARTH,
JCTVS, SACR. PALAT. CÆS. COM.
PRÆLAVDATAE FACVLTATIS ASSESSOR, ET
COD. PROF. PVBL. ORD. CIVITATIS SYNDICVS
ET CONSVL,
AD AVDIENDAM
LECTIONEM CVRSORIAM
ET
DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM
AD DIEM XVI. AVG. M DCC XXXIV.
LECTOREM BENEVOLVM
HUMANISSIME INVITAT.

ERFORDIAE,
Typis JOH. CHRISTOPHORI HERINGII.
Acad. Typogr.